



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1204. Usque Ad Annum 1230

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1763**

**VD18 90118030**

§. 56. Regum Hierosolymitanum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66406)

**Sæcul. XIII.** Hora Canónica recitare injunctum fuerit. **A.C. 1210.** Quotidie Missæ Sacrificio interesse, si possent, tenebantur. Nunquam vescabantur carnibus, & a Festo Exaltationis S. Crucis usque ad Pascha jejunabant. Præterea Albertus eis continuum manuum laborem imperat & silentium. Hæc fuere exordia Carmelitarum, qui deinde in totam Ecclesiam Latinam sparsi sunt.

## §. LVI.

*Regnum Hierosolymitanum.*

**Guil. Nang. an. 1209.** Epistola, cui Carmelitarum Regula inserta legitur, data est Acriæ, ubi tam Patriarcha residebat, quam Rex Hierosolymæ, tunc temporis Joannes Briennius. Nam Regina Isabella fatis functa erat, relicto Regni Jure Mariæ filia suæ natu maximæ, ex Conrado, Marchione Montisferratensi, secundo suo marito, genitæ. Porro Barones Regni Hierosolymitani, Legatis anno millesimo ducentesimo octavo ad Philippum Regem Franciæ missis, dari sibi petierant ex Francia Principem, qui filiam Isabellæ Regni Hæredem duceret, & Rempubli-

**Chro. Antis. an. 1209.** cam vacillantem sustineret. Misit Philippus Rex Joannem Comitem Briennium, qui multis comitantibus navigio se commisit, ac in Vigilia Exaltationis S. Crucis anno millesimo ducentesimo nono



Sæcul. XIII.  
A. G. 1210.

Sup. n. 18.

12. ep. 45.

13. ep. 122.

nono in portum Acriensem inuectus, al-  
 tera die, celebratis nuptiis, Mariam Prin-  
 cipem, tori consortem, accepit. Tum-  
 que in Dominica post Festum S. Michaelis  
 Tyri solemniter coronatur. Exinde Aimericus  
 Lusignan, quem Isabella Regina quartis  
 nuptiis maritum habuerat, titulum Regis  
 Hierosolymæ dimisit, & Joannes Briennius  
 Rex Acriæ dictus est, quod Regni ejus fines  
 haud multum ultra urbis muros essent pro-  
 lata. Præterea Res Christiana affligebatur,  
 necdum sopitis jurgiis inter Leonem  
 Armeniæ Regem & Bœmundum Comitem  
 Tripolitanum, de Principatu Antiocheno  
 litigantes, quod ex duabus Innocentii  
 Papæ Epistolis dispicimus. In prima,  
 die quarta Junii anno millesimo ducentesimo  
 nono, ad Regem Armeniæ data, hortatur  
 Principem; inducias Comiti daret, dum  
 causa definiretur, quem in finem sine  
 mora Legatum se missurum promittit.  
 Tum etiam ad pacem, cum Templariis  
 reducendam, excitat, conservandæ Terræ  
 sanctæ maxime necessariam.

In Epistola altera, die vigesima Augusti,  
 anno millesimo ducentesimo vigesimo,  
 data, leguntur Pontificis mandata ad  
 Episcopum Cremonensem directâ, cum eum  
 in Terram sanctam misit, ut memoratas  
 rixas, sive, cum duobus

O 2 Arbi-



Sæcul. XIII. Arbitris, quos ipse deligeret, five cum  
 A. C. 1210. Patriarchis Hierosolymitano & Antio-  
 cheno, componeret.

## §. LVII.

\* *Ager Thra-  
 cius vel By-  
 zantinus.*

*Du Cange  
 hist. Const.  
 l. II. n. 15.*

*Ecclesia Latina in Romania\*.*

**A** biennio ad Papam deferebantur que-  
 relæ Episcoporum Latinorum in Ro-  
 mania, quod Henricus Imperator Con-  
 stantinopolitanus, publicato Edicto sub-  
 ditis suis potestatem ademisset bona sua  
 Ecclesiis vel pacto inter vivos vel testa-  
 mento donandi. Crediderat enim Im-  
 perator hanc Legem esse necessariam,  
 quia vires Regni in eo potissimum fixæ  
 erant, quod Vasalli sui, acceptis Feudis,  
 pro temporum illorum more, obsequia  
 in bello præstare tenerentur; at fundis  
 suis alienatis, militare non poterant. A-  
 llii in patriam suam redire cogitantes,  
 cum, novo Imperio & necdum stabilito,  
 patrimonium venundaturis deessent  
 emtores, honori sibi ducebant, illud Ec-  
 clesiis conferre, a quibus etiam non ni-  
 hil mercedis accipiebant.

II. ep. 12.

Verum Papa, rejectis his argumen-  
 tis, Juri communi inhærendum esse ra-  
 tus & Imperatorum Constitutionibus,  
 per quas omnis conditionis hominibus  
 bona sua Ecclesiis aut causis piis scribere  
 liceret, literis die decima Martii an-  
 no millesimo ducentesimo octavo datis,  
 Henri-